

dem perstiterunt; aut si utrique boni æqualiter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuti ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se nunquam casuros certissimi fierent, pervenerunt.»

El Catecismo Tridentino también trae sobre esta materia lo siguiente: (Part. I.<sup>a</sup> capt. 2, n.º 17) «Deus angelos ex nihilo creavit, quos deinde admirabili gratiæ suæ et potestatis numere auxit atque ornavit. Nam quum illud sit in divinis litteris, diabolus in veritate non stesisse, perspicuum est, eum reliquosque desertores angelos ab ortu sui initio gratiæ præditos fuisse. De quo ita est apud S. Augustinus. Cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhærent, angelos creavit, simul in eis et condens naturam et largiens gratiam.»

Angeli enim non fuerunt creati in nimore perfectione quam primus homo: sed fatentur omnes theologi protoparentem in justitia originali fuisse conditam: *primo*, quia id videtur insinuare Tridentinum sessione quinta, ubi dicit: Adam per peccatum justitiam et sanctitatem perdidisse in qua fuerat constitutus: *secundo*, quia id aperte docet Anacletus Papa, epistola prima, dicens: Hominem ideo dici conditum ad imaginem Dei, quia in sui creatione gratiam et cæteras habuit virtutes: *tertio*, quia id Scriptura non obscure testatur dum ait: Deus fecit hominem rectum, rectitudo enim in Scriptura gratiam et sanctitatem significat: denique, qui filii qui ex Adamo nati, fuissent, si ille in statu innocentiae perseverasset, gratiam quasi congenitam habuissent: ergo et ipse Adam, qui erat ipsorum caput et exemplar, illam a principio suæ conditionis habuit. Deinde, Deus pronior est ad miserendum quam ad damnandum; sed angelos creavit eo in statu ut illico possent demereri, adeoque damnari: ergo eos etiam producere debuit in statu in quo poterant mereri, subindeque in statu gratiæ sanctificantis, quæ est meriti principium. Denique, Deus a principio condidit angelos omnes propter finem supernaturalem, et sub convenientissima providentia ad consequendum illum; sed conveniens providentia postulat, ut cuique rei medium necessarium tribuatur ad sibi debitum finem assequendum: ergo cum gratia sanctificans sit maxime necessaria ad beatitudinem promerendam, congruum fuit ut illam Deus angelis omnibus statim ab initio largiretur. Congruum dixi, nam fateor ad hanc veritatem suadendam nullam rationem demonstrativam suppeditari posse, cum res de facto ex mera Dei voluntate et liberalitate pendeat.




---

SE RUEGA A LOS SEÑORES SACERDOTES QUE RECIBAN  
ESTA REVISTA LA DEN A CONOCER A SUS COMPAÑEROS.

---